

Soph. ij. Querite iustum querite mansuetum. **Quinto** debemus ipsum libenter suscipere propter comitatum. quia dicit comitatum humilem: quod notat cum dicit. Sedens super asinam et pullum etc. **Secundum Hieronimum** per asinam significat sinagoga in deorum que iugum legis traxit. **Per** pullum ecclesia gentium que tanquam filia a sinagoga fuit genita. **Christus** igitur super asinam et pullum sedit. quia utramque populis sibi acquiuit et coniunxit. uterque tamen ligatus erat fimbriis peccatorum. quia sicut dicit ad Romanos. in. non est distinctio in dei et greci. omnes enim peccauerunt et egent gratia dei. **Iste** autem fumus peccatorum sepe conficitur ex multis simul. **Na** mala cogitatio parit delectationem. delectatio consensum. consensus operationem. operatio consuetudinem. consuetudo cordis duriciam. cordis duricia necessitatem. necessitas desperationem. desperatio mortem eternam. **Sed** dominus dicit discipulis suis. **Soluite** et adducite michi. **Peccator** enim soluit a deo per infusionem gratie preuenientis. **De** dominus soluit compeditos. Et a seipso merito contritionis. **Psalmus. lviij.** Soluite fasciculos deprimentes. Et a ministro dei per potestatem iustitiam. **Math. sex.** Quodcumque solueritis super terram

Dominica secundae sermo primus.

Runt signa in sole et luna et stellis etc. **Luce. xxi.** **In** precedenti dominica aduentus est de aduentu christi in carne qui est aduentus amoris. in hac autem dominica agit de aduentu christi ad iudicium qui est aduentus timoris. et hoc ut amor nos ad bonum inuertet et timor nos a malo reuocet. **Quando** autem aliquis rex ad bellum est profecturus: omnes commouentur ut scilicet secum proficiscantur. sic tege christo ad iudicium veniente omnia elementa commouentur patiter et contra malos armantur. **In** hoc igitur euangelio ponitur commotio quadruplicis creature scilicet celestis terrestris rationalis et intellectuualis. **Primo** namque ponitur commotio creature celestis cui dicitur. **Erunt** signa in sole et luna et stellis. **Que** autem ista sunt signa non exprimitur: sed **Matth. xxiij.** determinat: ubi sic dicitur. **Sol** obscurabitur. et luna non dabit lumem suum. et stelle cadent de celo. **Signum** ergo in sole est obscuratio solis que quidem obscuratio quatuor modis accipi potest. **Primo** quantum ad lucis priuationem. **Tunc** enim fiet eclipsis vniuersalis que auferet lucem ab omnibus partibus terre quod in nulla alia eclipsi fieri solebat. **Ma** ei ab alia differet. **Tum** quod dicitur dicitur. **Tum** quod non fiet per lune interpositionem: sed per virtutem diuinam. et hoc faciet sol in signum memoris per morte generis humani. **Crisost.**